

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Io. Freinshemii Commentarii in libros svperstites Q. Cvrtii Rvfi

**Freinsheim, Johann
Curtius Rufus, Quintus**

[Argentorati], [circa 1639 oder später?]

Cap. 10

urn:nbn:de:bsz:31-103771

lib.9. cap.9. num.23.27. & c.10. n.2. Comment. in Curtium.

remittentis vim atque impetum nauibus retinendis minime pares esse possunt: idcirco ipse naues vi repentina in obliquum siue transuersum, rapido precipitque fluxu cursuque abrepta, atque ad paludes allise franguntur, minores vero evertuntur. Nonnullæ etiam ubi inundationis tempore ad fossas deflexerint, nisi statim traiciant, aestu subito implentur atque obruantur. Quod de fossis ait, intelliges ex his verbis eiusdem loci paulo supra: *Flectunt cursum statim ab ipso fluminis ostio per paludes nauibus illis ante commemoratis, deinde remulco eas trahunt per certas quasdam & ordinatas mansiones: & accedente quidem aestu solvunt, recedente autem, in portus quosdam & in Cythrinos se recipiunt. Sunt autem Cythrimi loca quedam fluminis profundiora.* Hinc forte intelligendus idem de expedit. Alex. 6, 3, 25. *ἔφυγον δὲ τὸν ποταμὸν εἰς διώρυγαν, in fossam quandam confugerunt.* Idem Indic. c. 4, 2. *fossa quinque stadiorum perducta, naues traduxerunt aestu marino accedente.* Sed cur accedente? Diuersæ videntur fuisse fossæ: aliæ in transuersam ripam aetæ portuum instar, vt ibi ab accedente aestu naues tutiores forent; aliæ in altum depressæ, vt eo recedente non defluerentur in sicco: de quibus & Conimbricenses supra ad 9, 9, 9. *Nec naues ibi possent commorari, nisi haberent lacunas ad eum usum defossas, in quibus mari abeunte, consistunt.* De eodem aestu quedam etiam excerpamus ex Plinio 13, 25. *Qui nauigare in Indor (lege Indo) Alexandri milites &c. tradidere &c. Eodem tractu insularum syluas operit aestus, quanquam altiorem platanis populisque altissimis. &c. Harum minores totas integit mare: maximarum cacumina extant, ad que naues religantur; & cum recessit aestus, ad radices.*

9, 9, 23. *PROCEDERENT*) Imo retrocederent: si de equitibus capis hæc, illud tamen rectum, si de classe & nauibus. Sed quia de his sequitur, illud ad equites videbatur referendum.

9, 9, 27. *PROCESSIT IN MARE*) Arrian. 6, 3, 28. *Ipse Indi annis ostia prætergressus in vasto pelago nauigauit, exploraturus (vt ipse quidem dicebat) an aliqua regio vicina mari appareret: meo vero iudicio præcipue, vt in Oceano qui ultra Indos est nauigasse diceretur.* Idem innuit Curtius, in quo sic scribo: *processit in mare, tandem voti sui compos: præsidibusque maris & locorum diis &c. distinctio eneruauerat sensum, nam illa voti sui compos cum sequentibus iungebantur.* Quod sæpe fit egregiorum sensuum insigni damno. Succurrit exemplum in Liiuo, quem auctorem quantum emendatiorem dare possem, saltem his notis aliud agendo correctæ loca fidem facient. Apud eum igitur 6, 15, 15. *scribe: Cur quod in sinu vestro est, excuti iubetis potius, quam ponitis; nisi aliqua fraus subest? Quo magis argui præstigiis iubetis vestras, eo plus vereor, ne abstuleritis obseruantibus etiam occultis.*

9, 10, 2. *VT PUTEOS FODERET*) Iustin. 12, 10, 7. *VRBES PLERASQUE*) Et in his vna Barce nomine, vt Trogus scribit. Sabellius. Iustinum 12, 10, 6. vide. Forsitan & Xylenopolis Plin. 6, 23, 10. Cui forte hinc aliqua lux commodari possit. Onescriti & Nearchi nauigatio nec nomina habet mansionum, nec spatia. primumque Xylenopolis ab Alexandro condita, vnde ceperunt exordium, iuxta quod flumen, aut vbi fuerit, non satis explanatur. Credibile enim est fuisse iuxta Indum. nam inde cepit illorum nauigatio. Arrianus Indic. 4, 1. *Primo itaque die quum è portu soluisset, per fluminem Indum ad amplum quendam aluicem appulerunt &c.* Necessè igitur est, vt ad Indum sita fuerit Xylenopolis, & quidem trecenta circiter stadia à mari, hoc est in ipsa regione, vbi has vrbes conditas narrat Curtius. Interim nota mansionum spatia notari ab Arriano, quem id accepisse credibile est ex Nearchi & Onescriti commentariis, in quibus tamen ea comparere negat Plinius. Sed ad Curtium reuertimur, quid est, quod ait *vrbes plerasque condidit.* An plerasque urbium quas vsquam condidit? nugæ, at earum que vnquam in ea regione fuerunt? quis ex his ver-

bis

bis hunc exculpet sensum? Arrian. 6, 4. narrat nobis, in Patalis arcem ædificasse, portusque & naualia, itidem ad lacum quendam haud procul ostiis Indi, alia naualia, portusque. ibi etiam præsidium reliquisse. qui ni fallor ipse locus est, ubi Xylenopolis sita esse debuit: sicut ex horum collatione auctorum ipse deprehendes. De quo fortasse Agatharchides excerpt. apud Photium c. 51. sentit: In his (insulis fortunatis) mercatorias accolarum naves stationem habere videas, plerasque inde profectas, ubi iuxta Indum annem nauale instituit Alexander. Crediderim ergo pro vrbes plerasque legendum, vrbes portusque.

9, 10, 3. *NEARCHO ATQVE ONESICRITO*) Nearchus præfectus erat totius classis, Onesicritus gubernatorum, vt Arrian. Indic. 1, 8. & Plutarch. cap. 115. docent. Raderus. De iisdem supra dictum inter scriptores Alexandrinæ historiæ. Plin. 6, 23, 2. Onesicritum classis Alexandri præfectum vocat; & 2, 73, 5. ducem. Scilicet ipse sibi in scriptis suis honorem cum tribuit; sed falsi ab aliis arguitur. Nearchum in Patalis sepultum tradit Philostratus 3, 15. ubi & classim Alexandri conuenisse tradit. Quod haud multum aberrat à vero, & aliquomodo pro vero haberi potest. Certiustamen arbitror quod modo de Xylenepoli disputauimus. Hoc ad tempus pertinere credo, quod in Eumene cap. III. narrat Plutarchus. ubi typographico vitio, pro cum classe ad Oceanum parabat mittere, legimus clam ad Oceanum.

QUO AD TOTO POSSENT) Sic apud Liu. 22, 15, 6. legendum arbitror: Qua tuto posses progressum prius recipere sese iusserat, quam in conspectum hostium veniret. non, vt editus, quam tuto. Rectius vetusta editio Io. Andreae, quantum tuto.

VEL EUPHRATE) Nam & is in Oceanum se exonerat, Raderus.

9, 10, 5. *ARABITARVM*) Alii *Abaritarum*, quod non tantum Strabo, Diodor. Arrian. Plin. quanquam leuiter dissentientes, falsum ostendunt, sed ipse Curtius mox: flumen *Arabum* incolæ appellant, à quo denominatos istos Arabitas certissimum est ex Arriano Indic. 4, 3. ubi *Arabium* vocatur.

GEDROSIORVM) Ita lege, non *Cedrosiorum*, est vbique Γ apud Græcos [vide tamen Diodor. 17, 104.] Gedrosiam describit Marcianus Heracleotes Ponticus in suo periplo I. *Gedrosia*, inquit, à septentrione *Drangiana* & *Arachosia* circumscribitur, ab occasu vsque ad mare *Carmaniam* habet, ab oriente parte *India* quoad *Indum* flumen pertinet, vsque ad *Arachosia* iam dicta terminos definitur. A meridie *Indico* Oceano clauditur. Raderus.

9, 10, 6. *HORITAS*) Aliis *Noritas* sunt, apud Diodor. 17, 105. *Νωρίτας*. Plutarcho cap. 115. *Ορείτα*, vt & Arriano 6, 4, 7. Straboni, & Philostrato 3, 15. Stephano in *Alexandria* *Νωγράφ*. *Noritas* & *Sabellicus* vocat. Verum Dionysius versu 1096. *Νωρίτας*: quomodo scribendum ait Eustathius, ad discrimen *των Νωρίτων* Euboici populi vt dubium non sit *Noritas* nihil huc pertinere. Eius tamen vitii fontem deprehendisse videor, simul cum vero & antiquo huius gentis nomine. *Horitas* dictos arbitror. id antique scriptum, *ΗΡΠΙΤΑΙ*, vt H saltem esset *ἠρπύμων*, & adspiratio, non littera, cuius rei exempla apud Scaliger. in Eusebium. Alii ergo istud H cuius usum non intelligebant, facile in proximæ figuræ litteram N mutare potuerunt.

9, 10, 7. *TRIA SIMVL AGMINA*) Testatur hoc Geographus: *Copias trisariam diuisis, ipse cum exercitus parte per Gedrosiam profectus est, à mari quingentis stadiis, ubi plurimum ier faciens; vt simul & classis oram commodam pararet; sepe etiam mari appropinquauit, tamesi id inopes difficultesque & asperas actus habebat.* Raderus. Sæpissime autem sic diuisisse exercitum, vel in vno Curtio multa habemus documenta. Idque obseruat Marcellin. 21, 15. *Consilio solerti prauidit: & agminibus distribuit &c. qui diffusi per varia opinionem numeri præberent immensi, formidabileque cuncta comple-*

compleverit. Id enim & Alexander Magnus, & deinde alij plures, negotio ita poscente, pariter fecere ductores.

VRBEM CONDIDIT) Quam verisimile est fuisse Alexandriam Arianae cuius mentio apud Strabon. lib. 11. quae fortasse est Alexandria condita à Leonnato iussu Alexandri in finibus gentis Arianae, portu salubri. Sic enim apud Plin. 6, 23, 10. legendum videatur. certe situs non abluat. Nec quicquam vetat eandem credere, quam Stephanus quintodecimo loco recenset in Ἀλιεῦ ὄρηα. in Arachosia, iuxta Indiam. Arachosii enim modo distinguebantur ab Arianis, modo sub ipsorum appellatione comprehendebantur. Locuples eius rei testis Plin. 6, 20. & 21. Firmatum hoc negotium eo, quod Arachosios in illam deductam auctor addit. qui male apud Sabellicum Amerchosi leguntur. Nam quod eos Arachosios à Pontico mari secutos Alexandrum Raderus putat, error est ex corrupto Curtii loco 7, 3, 4. natus, ubi pro Pontico mari nos Indicum substituisse, minus minusque poenitet. Nam etiam sequentia: Hinc pervenit ad maritimos Indos, id clare testantur: quippe Ichthyophagus (nam hos intelligit Curtius) Arachosii finitimi.

9, 10, 8. **AD MARITIMOS INDOS**) Omnia ex Diodoro 17, 102. hausisse videtur. De tuguriis etiam Arrian. 6, 4, 16. & Indic. 5, 15. Iam tuguria ex conchis congestis facta, tecta ex piscium sspinis. De huius generis tectis è piscium ossibus erectis leges etiam apud Olausum Magnum. Idem Arrian. Indic. 4, 18. erant captivi crassis corporibus, capite & unguis ferinis: siquidem unguibus loco ferri vi dicebantur, piscesque in vivandentes: ligna etiam molliora us seabant; ad duriora saxa acutis viebantur: ferrum apud eos non erat. Ferarum, aut grandium piscium pellibus sese vestiebant. Raderus. Arriani verba sunt: ἵκαν ἢ οἱ ἀλοῦντες τότε ἄλλα σωματὰ δαῖτες, καὶ τὰς κεφαλὰς, καὶ τὰς ὀνυχὰς ἡραῶδεις. quae sic interpretor: erant autem captivi tum reliqua corpore, tum etiam capite hirti: unguibus autem quasi ferinis. Sic sane reddidit Curtius unde unde acceperit. Prominent unguis nunquam recisi: coma hirsuta & intonsa iunt. De iisdem hominibus multa etiam Strabo, Ælianus, & Agatharchides apud Photium cap. 12. & c. Plinius 9, 3, 4. Gedrosos qui Arbin amnem accolunt, Alexandri Magni classum praefecti providere, in domibus fores maxillis belluarum facere, ossibus tecta contiguare, ex quibus multa quatuordecim cubitorum longitudinis reperta.

9, 10, 11. **RADICES PALMARUM**) Strabo lib. 15. Palmarum tamen & fructus, & cerebrum salutis fuit. At Plin. 13, 4. ait milites Alexandri palmis viridibus strangulatos fuisse. Idemque ante Geographus docuerat: cruda palma multos suffocabant. Arrian. 6, 4, 18. imperatum ait indigenis, ut palmarum dactylos adferrent. Raderus. De palma medulla vide etiam Philostratum in Apollon. 2, 11. de radicibus di Asia di Barros 2, 8, 3. ubi itidem refert eum cibum multis Albuquerque militibus lethalem fuisse. Est & apud Ciceron. aliquid in Verrin.

EA SOLA ARBOR) Hoc quidem & Maffæus affirmavit, sed Arrian. 6, 4, 12. alia narravit. Raderus. Imo non alia: illi enim de Ichthyophagorum regione loqui videntur, Arrianus de Gedrosia, quam aliquanto meliorem fuisse etiam Strabo retulit. vide mox ad num. 18.

NE EQVIS QUIDEM) Iam etiam alia peste vexatos. Nam, ut ait Plin. 12, 8, 3. In Ariana frutex pestilens raphani folio, lauri odore, (sic distinguo) equos inuivante, pene equitatu orbavit Alexandrum primo introitu: quod & in Gedrosia accidit. Bis vult accidisse: vereor ut ex vero. cur enim primo periculo edocti, non abstinuisent equos? Suspicio reperisse apud alios in Ariana id accidisse, apud alios in Gedrosia. Sed illi de eadem re sentire potuerunt: cum Ariana interdum strictius intelligatur; interdum latissime, quod ex ipso paulo ante asseruimus.

9, 10, 15.

Comment. in Curtium. lib. 9. cap. 10. num. 15. 17. 18. 19. 20. 21.

9, 10, 15. *NE RESPICERE QUIDEM*) Idem accidisse Romanis scribit Appian. de B. Hispan. ad Pallantiam. Autariatæ solebant occidere suos, qui consequi agmen non poterant. Nic. Damascenus in Excerpt. Valef. pag. 525. Marcellia. 17, 14. in dissimili clade: *inter vita mortisque confinia, aliorum adiumenta parva perferentium implorantes cum obstinatione magna deserebantur.* Plus pietatis ostenderunt Hispani ante prælium Orumpanum. Hist. del Cortes. fol. 159. & alius quidam Hispanus in itinere Petri Aluvaradi, de quo Carate Hist. del Peru 2, 10.

9, 10, 17. *PVDORE ANXIUS*) Omnia ab Alexandro simulata, testibus Arriano 6, 4, 23. & Strabone, existimata sunt, illumque hæc studio superandi Cyri & Semiramidis famam, non ignarum futurorum malorum aggressum. Raderus.

FINITIMARVM REGIONVM) Drangenen & Arian nominat Diodor. 17, 105.

9, 10, 18. *SOLA FERTILIS*) An soli? Sebifius. Acidalius corrigit *solo ferili.* quod quanquam edidit Raderus, vix præferendum puto Sebifiano. Ceterum Strabo, & Arrian. 6, 4, 12. non valde fertile solum Cedrosiæ tribuunt: melius tamen quam vicinis Ichthyophagis. Vulgata lectio sensum haberet contrarium illi

quem quidem Curtii fuisse non puto. Simile mendum in Iustino fuerat 2, 4, 12. *Sole terminos alternis defendentes,* pro soli, quod mutarunt qui credebant soli plurale masculinum esse, nec mulieribus conuenire.

9, 10, 19. *PROSPERO EVENTV*) Confirmat hoc Arrian. 7, 1, 24. & Indic. 4, 12. Nam Diodor. 17, 105. damnium accepisse scribit.

OZINEM) Arrian. 6, 5, 3. Ordonem appellat: *Alexandro iam Carmaniam ingresso, Craterus ad eum venit, reliquum exercitum & elephantos secum ducens, vnaque Ordonem, quem quod defectionum molitus esset, ceperat.* De Zariaspe Satrapa nihil memini apud alios legere, nisi forte sit Baryaxes Medus apud Arrian. 6, 5, 13. affectati regni postulatus, & interfectus. Raderus. Videantur dissentire auctores: sed non dissentiunt. Tantum enim abest vt neget Curtius ab ipso Cratere adductos eos Persas, vt ipse quoque expressè id dicat 10, 1, 9. sed intellige primo nuncium misisse; mox ipsum venisse.

9, 10, 20. *SIBYRTIO*) *Sisyrtius* est Arriano 6, 5, 1. Raderus. Mendum est absque dubio, vt priscum sigma forma parum differens à beta huius locum occupauerit. Non enim Diodorustantum, Iustin. 13, 4, 22. & ibi notati Σισύρτιος vocant; sed ipse Arrian. 5, 1, 25.

MENON) Hunc supr. 7, 3, 5. innuit primum Arachosiorum, vicinorumque Gedrosorum, vt intelligi datur, prætorem fuisse, vt ab Alexandro subacti sunt. at Arrian. 6, 5, 1. longe aliter: *Postquam vero in Gedrosorum regiam peruenit, milibus ibi quietem dedit: Apollophanem, quod nihil eorum quæ imperata ei fuerant, perfecisset, satrapatu deponit, Thoante in eius locum suscepto: qui quum ex morbo dececessisset, Sisyrtius ei successor est datus.* Verum ipse Arrian. Indic. 4, 12. *Apollophanem in proelio Leonnatæ cum Oritis casum ait.* quæ loca non video quomodo conciliantur, nisi dicas postquam satrapia priuatus fuit, statim ad Leonnatum se contulisse, sponte an iussu regis.

IN CARMANIAM) Strabo lib. 15. *Die sexagesimo in Gedrosorum regiam à finibus veniens, cum exercitum paululum quiete refecisset, in Carmaniam profectus est.* Nec dissentit Arrianus.

9, 10, 21. *ASPASTES*) Arrian. 6, 5, 1. de Sisyrtio: *Carmanie satrapa erat,*

erat, neper admodum id muneris ab Alexandro consecutus: tum vero Arachosorum & Gaudrosorum imperium illi collatum est. Carmaniam vero Tlepolemus Pnyphoridis filius tenuit. Idem Indic. 6, 17. Collecti vndeque barbari tanta mimiaque Carmania loca occupaverant. Nam satrapa eorum iussu Alexandri interfectus fuerat. Tlepolemus autem qui recens satrapatum inierat, nondum firmum imperium nactus erat. Quae non modo cum Curtio, sed nec inter se consentiunt.

9, 10, 22. *IMPEDIMENTA*) An ad imp. restituit equos & iumenta ad impedimenta vehenda; quibus deessent quae sarcinas haberent, ut dixerat paulo supra num. 12.

9, 10, 24. *AMPLATVS PATRIS LIBERI*) Arrian. 6, 5, 7. negat. Diodor. 17, 106. affirmat: restatur & Plutarch. cap. 116. Bacchi vero seu Liberi patris ex India redeuntis triumphum Siculus 4, 3. paucis hinc verbis spectandum proponit: Liberum memorant impius ubique graviter multatis & benigne habitis ceteris hominibus, ex India in elephantis sublimem Thebas rediisse, & quia totum expeditionis intervallum triennio fuerat, Græcos propterea tricentidas celebrasse asserunt. Primum quoque omnium spoliis tanta expeditionis onustum, cum triumpho in patriam esse inuentum. Raderus. Vide Indicem in Glossis. De Alexandro adde Liu. 9, 18, 3. Plutarch. orat. 1, 15. ubi in magna gloria ponit hoc factum. Secus visum Athenæo 12, 9. ubi ex Ephippo narrat alios quoque deos æmulatum esse Alexandrum; Ammonem, Dianam, Mercurium, Herculem. Ibidem etiam de Commodio narratur, Herculem dici voluisse, quod & ex scriptoribus vitæ constat. Bacchus autem præcipue ad imitandum placuit multis: Mithridatem, Antigonom, C. Marium, M. Antonium in scenam producit Schottus Osferus. Histon. 3, 3. Vbi ex Valer. Max. 3, 6, 6. & Plinio 33, 11, 14. notat Marium post victoriam Cimbricam cantharis potasse, quod in inelyto suo per Asiam triumpho Liber eo poculi genere fuisset usus. Ut mirum sit in hoc triumpho Plutarchum, cum varia pocula nominaret, cantharos omisisse. Memorabile autem imprimis est, quod in Auito, siue potius Varo, Xiphilinus narrat: Genius aliquis, quem se Alexandrum Macedonem esse diceret, haberetque formam eius, atque omnem ipsius ferret apparatus, profectus ex his locis quæ ad Iherosolimam sunt (ubi quemadmodum exiit, mihi quidem non constat) Asiam atque Thraciam pertransiit bacchantium more, cum quadringentis hominibus, qui thyrsis ornati erant nervisque, faciebantque iniuriam nemini. Huic, ut vno ore asseruerunt omnes qui tum fuerunt in Thracia, diversoria castraque res necessarie publice suppeditatae sunt, nec ei contradicere quisquam est ausus aut resistere, non prætor, non miles, non procurator, non præfides provinciarum, sed interitum tantum in pompa, ut edixerat, Byzantium venit: post inuile profectus, appulit ad regionem Chalcedonensem, ubi de nocte creato quodam sacerdote, obrutoque equo lignos euasit. Insignis locus, sed & insigni mendo conspurcatus, ibi thyrsis ornati erant nervisque. *Ἰσοπέτης ἔχει νεβρίδα καὶ σκεπτικῶν αἰμάτων.* Sed neque nertus esse non videtur; aut doceatur exemplis; & si maxime foret, quid ad rem? Scribe *Ἰσοπέτης ἔχει νεβρίδα καὶ, thyrsis & hinnularum pellibus.* Hic enim bacchantium habitus fuit ipsiusque Bacchi. Dionysius versu 996. At vero ille hinnuli pellem (*νεβρίδα*) in humeros extendit, Ebrius autem vino implexor quassavit thyrsos. Vbi Eustathius: *νεβρίδα. ὁ ἐστὶν ὀρέγος νεβρῆ, ἢ τὴν νεοτὴν ἰλῆφον, πολυκίτων* &c. Papinius Syluar. 1, 2, 226. Baccho cum thyrsis attribuit

- - - flavam maculoso nebrida tergo. & Achillem Baccho comparans Achill. 1, 6, 8.

Ut vero à tereti demisit nebrida collo.

Sic & Polyæn. 1, 1, 1. Bacchi comitibus *νεβρίδα* tribuit: & alii passim. Admirandi luxu pompam Bacchicam, institutam Alexandriæ imperante Ptolemæo, prolixè descri-

describit Athenæus 5, 7. de Bacchi triumpho vide & Pontan. progymnasim. 4, 29. Porro locum Curtii, sublatis duabus nothis vocibus, statim imitari, sic constituo: *emulatus non gloriam solum &c. sed etiam famam (sive &c. lusus) animo s. h. f. elato, vicor p. 9. i. e. floribus coronisque sterni iubet. ut verbum iubet referatur ad participium emulatus.*

BACCHANTIUM LUSVS) Polyænus 1, 1, 1. haud absurde, omnia Bacchi orgia stratagemata fuisse asserit.

9, 10, 25. **FLORIBVS CORONISQVE**) Dicitur supr. ad 5, 1, 20. *Ælian. Var. 9, 8. Dionysius iunior in Locrensium urbem veniens &c. maximas civitatis domus occupavit, easque rosas, serpyllis, aliisque id genus floribus stravit. & cap. 9. Demetrio singulis anni partibus flores recentes substernebantur, ut in ipsis vestigia poneret.*

ALIA CANDIDIS VELIS) Quid si legas; *ornari candidis velis, aliaque veste preciosa. Vestis nomen late patens, etiam vela ista candida, quæ intellige ex Indica byllo confecta, comprehendit.*

9, 10, 26. **CORONISQVE**) Præsertim ex hedera. Plin. 16, 34, 1. ex Theophrasto scribit *Alexandrum ob varietatem (hederae in illis partibus) in coronato exercitu, victorem ex India rediisse, exemplo Liberi patris.*

TIBICINUM CANTVS) Ne dubita pro tubicinum sic scribere. Hoc enim ad luxum comparatum erat instrumentum; illud à bellicis rebus haud alienum. *Polyænus apud Athenæum 12, 9. scribit tibicinas semper & tibicinas secutos eum in exercitu, ἀλητῆρας ἔχει ἀλητῆρας.* Etiam in hoc triumpho apud Artian. 6, 5, 7. legitur *ὀρχήσασθαι*. Plutarch. cap. 116. *Circumsonabant omnia loca fistulis, tibis &c.*

9, 10, 27. **PARTIS PRÆDÆ**) An parata? quomodo & editi quidam sic sup. 4, 14, 11. Tacit. H. 1, 6, 4. *parata audenti materia.* quia tamen illud eundem prope sensum reddit, loco mouere non sustinuumus; præsertim cum & auctoritate nitatur maximi poëta Virgil. Eclog. 3, 68.

Partia mea Veneri sunt munera - - -
maximique Historici Sallust. Iugurth. 10, 4. utroque verbo sine discrimine utitur: *neque auro parare queas, officio & fide parimur.*

SEPTEM DIERYM) Totidem & alii, ut Diodor. 17, 106.

9, 10, 28. **QUÆ REBUS FAMAM**) Deprompta ex Sallustii Capitil. 8, 1. indicante Popma.

9, 10, 30. **NEC LUXURIAE CRVDELITAS**) Multis hoc relationibus auctorum ostendi possit: & Gruterus ad Suetonii Calig. cap. 11. iam id demonstrasse ait pluribus exemplis, ad librum 6. Annal. Taciti, capitis quinti extremo. *Quæ annotationes forte cum aliis doctissimi diligentissimique Viri ineditis, vel perierunt militari licentia; vel sub alienis dominis expectant, quid porro fati se maneat. Victimam huius libri voce pro obstat credo fuisse obstabat. Tacit. 15, 35, 1. Eius munus frequentanti Neroni, ne inter voluptates quidem à sceleribus cessabatur. Isdem quippe illis diebus Torquatus Silanus mori adigitur &c. Crudelior adhuc Dracula Moldauius, qui plurimis Turcis palis transfixis, eodem loco conuiuium cum amicis inuit, inter gemitus morientium hilariter epulatus. Munster. Cosmograph. Lib. IV.*

10, 1, 5. **CLEANDRI FVROR**) Vt eodem nomine, ita haud multum dispari fortuna vitæque exitu fuit Cleander Commodi libertus. De quo Lamprid. cap. 7. & Marcellin. 26, 15.

SERVO SVO PELLICEM) Quum maiorem indignioremque iniuriam ne excogitare quidem posset. Graphice describit Iustin. 16, 5, 2. in Clearchi Heraclien-
sis tyrannide: *Ne quid mali afflictis honestissimis domibus deesset, uxores eorum filiasque*